


22. Totum diem debere ſanctificari probatur.  
 23. Quomodo S. Carolus totum diem ſanctificari voluerit; & que pietatis exercitia præſcripſerit?  
 24. Officiorum Divinorum ſedula & conveniens perſolatio multum conducit ut populus diem Feſtum ſanctificet.

I.  Continuum feſtum eſſe vitam hominis Chriſtiane viventis jam pridem notant Patres. Dum enim Chriſtiane homo vivit, tunc ex monito Apoſtoli, jurgiter exhibet membra ſua Hoſtiam viventem, utendo nimirum illis, ut obtemperet Deo. Corpus etiam noſtrum (ait Auguſtinus) cum per temperantiam caſtigamus, ſi hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma juſtitie Deo, Sacrificium eſt. *Lob. 10. De Cruce. Dei c. 6.*

II. Deinde ſubjicit Auguſtinus: "Si ergo corpus, quo inferiori tamquam famulo, vel tamquam instrumento utitur anima, cum ejus bonus ac rectus uſus ad Deum referatur, Sacrificium eſt; quanto magis anima ipſa cum ſe referat ad Deum, ut igne amoris ejus accenſa, formam concupiſcentie ſecularis amittat, eique tamquam incommutabili forma ſubdita reformetur, hinc ei placens, quod ex ejus pulchritudine acceperit, ſit Sacrificium?"

Imò ea eſt populi Chriſtiani dignitas, ut "verum ſacrificium eſſe, dicat Auguſtinus, omne opus quod agitur, ut ſancta ſocietate inhxreamus Deo, relatum ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſumus.

Itaque Chriſtiane per omnia viventes, univerſe vitæ ſue tempus & ſingula ejus momenta ſanctificant, quando totum vitæ ſue tempus non impendant, niſi ut ſancta ſocietate inhxreant Deo; quemadmodum impendere debent, ſi utiliter & Chriſtiane impendere velint: nam ut idem ſanctus Pater *Epist. 130. c. 7.* Neq; enim utiliter in tempore vivitur, niſi ad comparandum meritum, quo in æternitate vivatur.

III. Quare eodem Patre teſte, "Spirituale Sabbathum obſervant illi, qui ſe ita temperatè operibus terrenis accommodant, ut tam lectioni, quam orationi, eſti non ſemper rectè frequenter inſiſtant, ſecundum illud Apoſtoli: *Attende lectioni & doctrinæ: & iterum, Sine intermiſſione orate:* qui enim tales ſunt, quotidie ſpirituale Sabbathum colunt.

IV. Patrum ergo ſanctè præceptum de ſanctificando Sabbatho proponitur in hæc verba: Deus præcepit, ut poſtquam homo tota hebdomada laboravit pro corpore, tot dies impendit temporalibus, tanto tempore pro ſe ſolicitus ſuit, ſeptimam tandem diem animæ ſue & Deo impendat. Sic enim vivendum eſt, ut ſive labore, Deo labore; ſive otio, Deo ſanctè otietur, quatenus Paſſionis concinere poſſit. *Tunc eſt dies, tunc eſt nox; in fabricatus eſt auroram & ſolem.* Hæc ſunt continuæ Chriſtianorum ferie: hoc Sabbathum continuum, quod jam pridem Decalogi præcepto mandavit Deus, dum nullam hominis actionem, nullum vitæ tempus voluit eſſe vacuum dilectione.

V. Reſectens autem Cardinalis Baronius ad loca Patrum, quibus dicitur, Chriſtianos non hanc vel illam ad Divinum cultum præſcriptam habere diem; ſed cunctis propenſius Divinum numen venerari, ait: "Ex his... inferri poſſe videtur, ea poſſimum ratione in Eccleſia antiquitus inſtitutum, ut dies hebdomadæ omnes, feria nomine dicerentur.

VI. Verùm cum non omnium, imò paucorum Chriſtianorum ea ſit perfectio, ut continuum illud Sabbathum ſpirituale teneant & agant, viſum eſt Patribus, propter inſuniores certos dies designare, quibus à ne-

gotiis terrenis ceſſantes, ſpiritualiter Deo, myſteriſque Divinis contemplandis ſe conſecrarent, illoſque ſpecialiter his, quæ ad ſalutem animæ ſpectant, impenderent.

Origenes libro 8. contra Celſum, poſtquam oſtendit, quod qui perfectus eſt, ratione, operibus, cogitationibus, perpetuò hæret Deo Verbo naturali noſtro Domino, ſemper agit diem Domini, & numquam non habet diem Dominicam, tandem ſubjicit: "Vulgus autem eorum qui credentes magis videntur, quam ſunt: qui vel non vult quotidie feſtum agere, opus habet ut contineatur talibus ſenſibilibus admonitionibus, ne omnino delabatur ab officio. Hæc, ut opinor, cogitans Paulus, partem diei feſti nominavit feſtum ſuis diebus recurrentem, collatum ad feſtum illud aliud. Subindicat autem his verbis, integrum & perpetuum feſtum eſſe in vita æterna, ſicut Sacra Scriptura docet.

Similiter Chryſoſtomus probat omnes quidem dies Chriſtianiſmum ſpiritualem poſſe eſſe feſtivitatem; at non immerito certos dies feſtivos, idque ob aliquorum imbecillitatem eſſe designatos: "Neque enim temere ait, & ſine cauſa nobis hæc tempora Patres obſervaverunt; ſed prudenti aliqua ratione ducti id egerunt, non ut libertatem noſtram temporum neceſſitati ſubjicerent, ſed ut dum ſe imbecilliores ſubjicerent egeſtati, ad cognitionis opes illos proveherent." *Homil. 63.*

Pluribus hæc proſequitur Thomafinus tractatu De Feſtis lib. 1. cap. 1. 2. & 3.

VII. Hunc ergo in finem Eccleſia quosdam præter diem Dominicum, qui in locum Sabbathi Judaici ſubrogatus eſt alios nonnullos dies designavit, qui ſpecialiter Deo, ejuſque cultui impenderentur, & conſiderandis ejus mirabilibus operibus, etiam in Sanctis ſuis conſecrarentur; & in iis quæ ad animarum ſuarum ſalutem conducere poſſent, ſedulo ſe occuparent.

Porro ſicut nemo dicit, quod famulus aut operarius diem aliquem impenderit ſuo domino aut herò, qui aliquam dumtaxat diei partem domino aut herò ſuo impendit; ita nec dici poſſet diem aliquem Deo impendere, qui partem ſolum ejus diei conſecrat; & piis operibus incumbendo ſanctificat: ſed requiritur, ut diem totum ſaltem moraliter ſanctificet, Deoque impendat.

VIII. Hinc à primis penè Eccleſiæ naſcentis exordiis ſtatutum, obſervatumque fuit, ut divinum officium præcertas Horas diſtributum, in Eccleſia publice ageretur, eique diebus ſaltem Dominicis feſtiſque populus aſſiſteret ut hoc pacto diem integrum ſanctificaret, & Dei cultui ſe impenderet.

IX. Si enim officii hujus primam institutionem attendamus, illud non tam in Cleri quam Laicorum ædificationem, & gratiam inſtitutum intelligitur.

Unde S. Thomas querens utrum oratio debeat eſſe vocalis, reſpondet, quod duplex ſit oratio, communis & ſingularis: Communis quidem oratio eſt, quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius fidelis populi Deo offeritur. Et ideo oportet, quod talis oratio innotefcat toti populo pro quo proferitur, quod non poſſet fieri niſi eſſet vocalis. Et ideo rationabiliter inſtitutum eſt ut miniſtri Eccleſiæ hujusmodi orationes etiam altà voce pronuntient, ut ad noſtiam omnium poſſint pervenire." *2. 2. quaſt. 83. art. 12.*

Et poſt Doctorem Angelicum notavit pius Pariſienſis Cancellarius Joannes Gerſonius in *Alphabeto lit. N.* quod inter cæteras cauſas multiplicationis paſſioniarum vocalium in Eccleſiis, una ſit vitæ laicorum laudabilis occupatio.

A Sancto Ambroſio inſtitutum fuiſſe, ut in Eccleſia Mediolanenſi juxta morem Orientalium paſſi alter-

natim decantentur ne POPULUS maroris radio contabereſceret, teſtis eſt Auguſtinus lib. 9. *Confess. c. 7.*

X. Eadem quoque hodie eſt Eccleſiæ intentio; optatque æquè ut olim Divinum Officium ita peragi, ut populi devotionem excitet. Unde præterito ſeculo Concilium Senonenſe anno 1528. c. 17. hæc ſtatuit: "Cum in Eccleſiis Dei paſſionia cantanda præcipiatur, ut *Fidelium devotio excitetur*, in hoc nocturnum diurnumque officium, & Miſſarum celebritates, aſſidè Clero ac populo ſub maturo tenore diſtinctaque gradatione ſantentur, ut eadem diſtinctione collibeant & maturitate deleſcent.

XI. Optat quidem Eccleſia, ut non tantum Clerus; ſed etiam populus diurno nocturnoque officio, quantum per occupationes licet, quotidie aſſiſteret; præcipuè tamen ipſi cura ſit, ut diebus Dominicis feſtiſque iis intereſſet, atque ita dies illos cultui Divino totos conſecraret.

Theodolphus Episcopus Aurelianenſis in ſuo Capitulari c. 24. ait: "Diei Domini tanta debet eſſe obſervantia, ut præter orationes & Miſſarum ſolemnia, & ea quæ ad veſcendum pertinent, niſi aliud fiat. Conventendum & Sabbatho die cum luminaribus cuilibet Chriſtiano ad Eccleſiam conveniendum & ad Vigiliis, ſive ad *Matutinum Officium*: concurrendum eſt etiam cum oblationibus ad Miſſarum ſolemnia. Habetur tomo 7. Concil. general. col. 1137.

Synodus Turonenſis anno 813. *Can. 40.* Die Dominica oportet omnes Chriſtianos in Laude Dei & gratiarum actione uſque ad veſperam perſeverare.

XII. In Capitularibus Regum Francorum legitur lib. 6. c. 205. "Ne illo ſancto die (Dominico) vanis fabulis, aut locutionibus, ſive contationibus, ſive ſaltationibus, ſtando in bivis & plateis, ut ſolot, inſerviant. Sed ad Sacerdotem aut aliquem ſapientem & bonum veniant & eorum prædicationibus & bonis locutionibus, quæ ad animam pertinent, utantur. Et illo die ſeu Sabbatho ad *Veſperas* & ad *Matutinas* ſive ad Miſſam cum eorum oblationibus, ſi fieri poſſet, omnes canendo, *Kyrie eleiſon* veniant, & eundo & redeundo *Kyrie eleiſon* decantent. Similiter & paſtores pecorum eundem, do & redeundo in campum & ad domum faciant, ut omnes eos veraciter Chriſtianos & devotos eſſe cognoſcant.

XIII. Imò adeò conſtans erat hæc diſciplina, atque ad eam conſervandam ita ſollicita Eccleſia, ut inter articulos de quibus per Episcopum, Archidiaconum, vel Archiepiscopum in viſitatione erat inquirendum, hic eſſet ordine decimus ſeptimus: "Et aliquis qui in Die Dominico, vel in præcipuis feſtivitibus quidquam operis faciat; & ſi ad *Matutinas*, & ad *Miſſam* & ad *Veſperas* hiis diebus im præter miſſe omnes accurant." Apud Reginonem *De Eccleſ. Diſcipl. lib. 2. in Inquiſt. numer. 57.*

XIV. Quin & ſeculo 11. inter Decreta Ferdinandi Regis & Sanctæ Regiæ & omnium Episcoporum in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium ejuſdem Regni Optimatum anno 1050. in Concilio Coyaceniſi promulgata legitur c. 6. "Sexto vero titulo admonemus, ut omnes Chriſtiani die Sabbathi ad veſperas accente ad Eccleſiam concurrant, & Dominica *matutina*, *Miſſas* & omnes Horas audiant.

XV. Ex hæc diſciplina in pluriſus Eccleſiis Parochialibus, præſertim in civitatibus remanſit uſus. Hoc arum Canoniarum ſaltem pro majori parte diebus Dominicis & feſtis decantantur; ut nimirum populus iis diebus ad Eccleſiam iſtis horis conveniret. Verùm hæc officia non raro adeò perfunctorie decantantur, ut mirum non ſit, ſi à populo neglecti habeantur; neque de his frequentandis vel cogitentur.

Van Eſpen *Jur. Eccl. P. II.*

XVI. Frequentia quoque Synodorum noſtrarum Decreta, quibus præcipitur, ut diebus Dominicis præter Miſſam ſolemne & concionem, etiam *Veſperas* poſt meridiem, idque horâ ſtatutâ, in omnibus Parochiis decantentur; priſtinæ diſciplinæ luculentæ veſtigia ſunt.

XVII. Eodem tendunt Principum noſtrarum Edicta quibus cavetur, ne quis diebus Dominicis & feſtis tempore Concionis, Summi Sacri & *Veſperarum* audeat ambulare in foro, aut locis publicis, aut prope Eccleſiam, neque intrare popinas, aut publicâ quocumque ludo ſe occupare, vel choreas ducere, vel piſcari, aut ſcholas gladiatorias, vel hortos ſagittariorum frequentare ſub pœna arbitrarie; de quibus parte 1. tit. 3. c. 11.

Ita Edictum Philippi II. ad Synodum Cameracenſem art. 5. quod datum fuit ad inſtantiam Episcoporum iſtus Provincie, qui tit. 4. c. 1. expreſſè decreverat hujusmodi Edictum publicum à Regia Majeſtate aut Magiſtratus impetrandum; ut hoc pacto efficacius populus ad frequentationem Divinorum Officiorum adigeretur; & profanatio dierum feſtorum impediretur.

XVIII. Hic notandum, quod cum Edictorum illorum finis ſit, ut publica officia Divina diebus Dominicis & feſtis non impediatur & negligantur, nullatenus dubitandum appateat, quin Edicta comprehendant quoque publicas ac ſolemnes *Laudes*, quæ in Eccleſiis Parochialibus ex præſcripto Synodorum, aut Episcoporum, vel ſane ex laudabili conſuetudine & Parochorum probanda curâ ſub tempus veſpertinum decantari conſueverunt; utpote quæ & partem divini officii hodie conſtituere videntur.

XIX. Sed mirabitur forſan quiſpiam, quod nec in hæc tenus citatis Canonibus, neq; in Decretalibus Gregorii IX. ubi de celebratione feſtorum aut feriarum agitur Concionis ſeu inſtructionis vix mentio fiat id mirum videri haud debet. Notorium enim eſt, moris fuiſſe in Eccleſia ut poſt lectionem Evangelii ſequeretur ipſa Evangelii explanatio, quam hodie *Concionem* dicimus; hæcque, non ſecus ac ipſam Evangelii lectionem, partem *Miſſe* conſtituiſſe; uti laici oſtenſum eſt ſuprà *titulo 5. c. 2.* adeo que dum in Canonibus præcipiebatur populo intereſſe *Miſſe*, unâ præceptum fuit *Concioni* aſſiſtere.

XX. Ex his facile apparet, omnino à mente Canonum & Eccleſiæ eſſe alienam quorundam opinionem, qui arbitrantur, præcepto de ſanctificando die Dominico aut feſtivo ſatiſſeri per unius *Miſſe privatæ*, quæ ſemihoræ ſpatio abſolvitur, auditionem tamen reliquæ diei partem actionibus profanis & inutilibus impendant: quem abuſum expreſſit Synodus Cameracenſis anno 1604. tit. 4. c. 1. eumque ut Parochi extirpare ſtudeant, præcepit. "Ut abuſus ille (ait) Divino & Eccleſiaſtico præcepto contrariis ſemel tandem penitus aboleatur, quo ſe plerique exiſtunt probe ſuo functos officio, ſi Miſſa, etiam *privatæ* tantummodo diebus Dominicis & feſtis audita, reliquum diem profectioni, negotiationi, luſibus, choreis, poſitationibus & aliis ſecularibus vel etiam illicitis actionibus impendant; Parochi ſuis ſubditis frequenter inculcent ea quæ in Catechiſmo Romano ad tertium præceptum Decalogi, & aliis authoribus de recta dierum feſtorum obſervatione traduntur.

Et omnia illa Synodorum atque Episcoporum Decreta, quibus interdicitur diebus Dominicis & feſtis Miſſarum *privatarum* celebratio, quæ populus à Miſſa Parochiali & ſolemni abſtrahi poſſet, ad quid tendant, niſi ut huic abuſui occurrant; occaſione autem que populo aſſiſtant, audita Miſſa privatâ negligendi Miſſam Parochialem, ac unâ inſtructionem qua ſub Miſſa Parochiali fieri conſuevit?

XXI. Quapropter licet ex Eccleſiæ conniventia, & longâ



longâ conſuetudine præcepto Eccleſiæ de audienda Miſſa die Dominico aut feſto ſatiſſat per auditionem Miſſæ privata, nequaquam tamen ex mente Eccleſiæ, eâ ſolâ auditione impletur præceptum de ſanctificando die Dominico aut feſtivo.

An dicemus diem aliquem ſanctificari, id eſt, in Dei cultum pietatiſque opera impendi, dum vix vigelima illius diei pars Dei Cultui aut pietatis operibus impenditur?

XXII. Ut quid enim etiam hodie jubetur toto die feſto ab opere ſervili, mercatu, ſtrepitu forenſi aliſque ſecularibus actionibus abſtinere, niſi ut totus dies cultui Divino impendatur, & ſanctificetur? "idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſt, ut liberius ad Eccleſiam ire, pſalmis & hymnis & canticis ſpiritalibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad invitationem eorum aſſurgere, eloquiis divinis intendere, eleemoſinas indigentibus miniſtrare valeat Chriſtianus: Ita ſeculo nono ad Conſulta Bulgarorum reſpondit Nicolaus I. cap. 11.

XXIII. Hæc apprime pernoſcens S. Carolus valde ſollicitus fuit, ut diebus Dominicis ac feſtis populus pietatis exercitiis totaliter ſe impenderet, veraciterque dies illos ſanctificaret; ac ſignanter in Concilio Mediolanenſi III. titulo 1. decrevit, ut imprudens "Feſtis diebus ſacrolancto Miſſæ Sacrificio Fideles omnes interſint. Neque verò excuſentur puellæ nobiles, neque deinceps viduæ, ne permiſſi quidem primi noſtri Concilii, ob recentem mariti mortem, aliove cujuſvis conſuetudinis prætextu.

Post hæc ſubjungit: "Ut verò ii dies omni pietate, & religionis colantur; hæc crebrò populum Patrochi, & Concionatores admoneant atque hortentur.

"Ut illorum dierum tempus, quod Deo ejuſque cultui debetur, in iis actionibus totum conſumant, in quibus ſanctè conſumendum eſt.

"Ut concionem mane, & ſacram lectionem à prandio ubi explicari ſolet, audiant.

"Ut divinis, veſperarum præfertim, officiis præſentes pie religioſeque adſint.

"Ut in Chriſtiana doctrinâ rudimentis ac præceptis, vel percipiendis vel recolendis verſentur.

"Ut in operibus etiam officiſque pietatis ſeſe exercent, ægros homines viſitando, morientes pie conſolando, & alia ejuſmodi præſtando.

Eandem in rem videri poteſt ejuſdem ſancti Præſulis Monitorum libellus pro inſtituenda Chriſtiana vivendi ratione à cujuſcumque conditionis & ſtatus fidelibus, qui habetur in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis pag. 1002. & inter alia deſcribitur pag. 1011. exercitium ſpeciale pro Feſtis, ſacris temporibus & vigilis.

XXIV. Sandè ſi ea eſſet Episcoporum & Parochorum cura, ut diebus Dominicis Officia Divina, aliæque pietatis exercitia tum ante, tum poſt meridiem congruis horis, eâ quâ decet reverentiâ, & exactitudine haberentur, non dubium, quin plurimum conducere, ut populus ad ritè ſanctificandum dies Feſtos incitaretur; & à profanis, quin & illicitis ac inhonestis actionibus, ad quas otium allicit, abſtraheretur: ut notoriâ experienciâ in Patrochiis bene inſtitutis compertum eſt.

### CAPUT III.

#### De Operibus ſervilibus die feſto prohibitis.

1. Sabbathum ceſſatio; & ſabbathizare ceſſare & requieſcere dicitur.

2. Olim Judæis præceptum erat Sabbatho requieſcere ab opere ſervili.
3. Quomodo Eccleſia adoptaverit præcepta data Judo pro ſanctificatione Sabbathi.
4. Lex Conſtantini M. de ceſſatione ab operibus die Dominicâ: & an hic primus, qui de ſeriatione ab opere edixit?
5. Sirepini forenſes magis repugnare videntur cum celebratione Feſtorum, quàm opus ſervile.
6. Quid ſit opus ſervile?
7. Reſerentur nominatim opera ſervilia.
8. Ratio prohibendi opera ſervilia feſtis diebus.
9. Mareſchalli & Barbitiones a ſuis officiis abſtinere debent.
10. Quid de Tonforibus, Piſtoribus aliſque ſtatuerit S. Carolus?
11. Decreta Synodorum Belgii circa Laniones, Molitorum, Braxatores & ſimiles officiis.
12. His conſonat Edictum Principum.
13. Transcribere libros pietatis gratis non eſſe illicitum diebus feſtis reſpondit Gerſonius.
14. Exſcriptor talium librorum quomodo dicendus ſit prædicare.
15. Poſſeſt continuo orare; & quomodo?
16. Eſt conveniens opus penitentiæ.
17. Opus hoc utiſſimum & magis neceſſarium tempore Gerſonii quàm hodie, & quare?
18. Concludit Gerſonius non eſſe ſervile.
19. Quomodo opera aliqua cum moderatione licita ſint diebus feſtis, aliâs illicita.
20. Quomodo hi. ſubinde excedant Advocati.
21. Circa ſinerationem diebus feſtis moderatio ſervanda.
22. Litteræ non neceſſaria in die non feſtum conveniſſe differri.
23. Famulis dandum ſpatium ſanctificandi Feſta; nec ad opera ſervilia cogendi.
24. Monendi patres familias ut ſuis famulis & operariis indulgeant tempus veniendi ad officia Divina.
25. Quid de hac obligatione ſtatuant Capitularia Regum Francorum.
26. Qualis debeat eſſe Parochorum cura circa opſionem, Bubulcos & ſimiles.



I. Sabbathum, hebraicum nomen, ſi latine interpretari, ceſſatio dicitur (ait Catechiſmus Romanus parte 3. in expolitione tertii præcepti Decalogi num. 15. qui & addit) "Sabbathizare propterea ceſſare & quieſcere latino vocabulo appellatur, quâ ſignificatione factum eſt, ut Sabbathi nomine dies ſeptimus diceretur, quoniam abſolutâ perfectâque mundi univerſitate, Deus ab omni opere, quod fecerat, requieſcit.

II. Ut ergo eſſet ceſſatio ſeu Sabbathum poſt verba illa: Memento ut diem Sabbathi ſanctifices, addidit Deus: Non facies OMNE OPUS in eo tu, & ſervus tuus, & ſerva tua; ſervus tuus & ancilla tua, jumentum tuum & aſina, qui eſt intra portas tuas.

"Quibus verbis (ait Catechiſmus Romanus nu. 31.) ad id primum inſtituimus, ut quæcumque Divinum cultum impedit poſſunt omnino vitentur. facile enim perſpici poteſt, omne ſervilis operis genus prohiberi, non quidem eâ re, quod ſua naturâ aut turpe aut male ſit, ſed quoniam mentem noſtram à Divino cultu, qui finis præcepti eſt, abſtrahit.

III. Quemadmodum igitur Eccleſia præceptum illud populo Judaico datum adoptavit, in quantum in illo naturale præceptum colendi Deum; certorūque dies ejus cultui ſpecialiter impendendi continentur; ita &

ea, quæ pro obſervantia ejus præcepti vetita erant Judæis, Chriſtianis quoque interdixit; in quantum Chriſtianam & religioſam ſanctificationem Sabbathi impedire poſſent, mentemque ipſorum à Divino cultu abſtrahere.

IV. Legitur Conſtantini Magni lex in Codice Juſtiniano ſub titulo De Feriis, cujus hæc ſunt initialia verba: "Omnes judices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia, venerabili die ſolis quieſcant.

De ſeriatione ab operibus eâ die primùm edixiſſe Conſtantinum credit eruditus Auſtor Notarum in Epiſtola 3. lib. 11. S. Gregorii; addens: "Alii Imperatores non tam de opere, quàm de judiciis ſtatuerunt: ſic Theodoſius, ut in die Dominico emancipare ac manumittere liceat, reliqua CAUSÆ vel LITES quieſcant. Prohibent tamen ſpectacula & voluptates, obſcœnas. "Hæc ille.

V. Quidquid ſit de hac reflexione, certum eſt, quòd arctius frequentiusque vetitum fuerit, diebus Dominicis & Feſtivis ſtrepituſque forenſes exercere, quàm opere ſervili aut manuali occupari; tum quòd illi facilius differri poſſint, tum quòd magis mentem diſtrahere & à rebus Divinis avocare ſoleant, quàm opera ſervilia.

Ad hæc conſtat; ſubſequentibus ſeculis, tam Eccleſiaſticis, quàm Civilibus legibus opera ſervilia feſtis diebus vetita eſſe; in quantum ſcilicet & hæc religioſam Feſtorum celebrationem, & Chriſtianam quietem impedire poſſunt.

VI. Opera ſervilia propriè hîc dicuntur opera illa corporalia, in quibus unus ſervit alteri, atque communiter per ſervos olim, hodie per famulos ſeu mercenarios exerceri ſolent; ac inde ſervilia à ſervis jam pridem nuncupata fuerit.

VII. Quæ inter opera ſervilia etiamnum hodie computantur, ea ſeſe expreſſa habentur in Capitulari Aquilgranenſi Caroli Regis an. 789. cap. 79. & reſertur lib. 1. Capitular. cap. 75. "Statuimus quoque, ſecundum quod in lege Dominus præcepit, ut opera ſervilia diebus Dominicis non agantur, ſicut & bonæ memoriæ genitor meus in ſuis Synodalibus edictis mandavit quòd nec viri ruralia exercent opera, id eſt, nec vineam colendo, nec in campis arando, nec in metendo, vel fœnum ſecando, vel ſepem ponendo, nec in ſilvis ſtirpando, vel arbores cadere, vel in petris laborare, nec domos ſtruo, nec in horto laborare, nec ad placita conveniant, nec venationes exercent. Sed tria carraria opera licet fieri in die Dominico, id eſt, hoſtilia carra, vel victualia, & ſi fortè neceſſe fuerit corpus cujuſlibet duci ad ſepulchrum. Item fœminæ opera texilia non faciunt, nec capulenti veſtitus, nec conſuant, vel auctiſtile faciunt, nec lanam carpere, nec linum batte-re, nec in publico veſtimenta lavare, nec verveces ton-dere habeant licitum.

VIII. Rationem addit: "Ut omnimodis honor & requieſ die Dominico perſolvatur. Sed & Miſſarum ſolemnia ad Eccleſiam undique conveniant, & laudent Deum pro omnibus bonis quæ nobis in illa die fecit.

IX. Concilium Patienſe ſeu Senonenſe Anno 1429. cap. 25. decernens dies Dominicos & feſtivos "cum omnimoda reverentiâ obſervari; abſtinendo ſcilicet ab omni opere ſervili & manuali, ac divom-tum additioni cum matura devotione vacando; "mox tamquam conſequens ſubjungit: "Illum abuſum penitus reprobantes, quo Mareſchalli & Barbition-forum ſupra dictis Dominicis, & aliis B. Mariæ & Apoſtolorum, & ſupra dictis Feſtivitatibus, credunt tibi licitum fore ſua miniſteria, etiam præter neceſſitatem, exercere, circa quem volumus per Ordinarios de op- Fan Eſpen Jur. Eccl. P. II.

portuno remedio provideri, ipſos monitione præviâ, corrigendo.

Et quis dubitet, quin Mareſchallorum ac Tonforum miniſteria inter opera ſervilia ac manualia numerari, adeoque unâ cum his vetita cenſeri debeant diebus Dominicis & Feſtivis.

X. Quare S. Carolus in Concilio III. Mediolanenſi reliquis officiis tonſores annumerare non dubitavit dicens "Tonforibus præterea, piſtoribus, ſutoribus, calceariis aliſque ejuſmodi, & reliquis officiis, quibus præſcribi oportet, Episcopus certas regulas præſcribat, ne deinceps dierum feſtorum cultum violent, in quo maxime peccare ſolent.

Quam hodie abuſus ille in multis Belgii locis communitus ſit, quàmque parum religioſè à tonforibus dies feſti colantur, uſulque obtineat, ut penè magis diebus Dominicis & Feſtis, quàm aliis diebus officia ſua exercent, nimis notum eſt. Episcoporum & Magiſtratum eſt his abuſibus occurrere, legesque præſcribere, quibus & ipſi Tonſores, & populus ſe conformare teneantur.

XI. Circa Laniones in multis locis non abſimilis invaluit abuſus; ut nimirum diebus feſtis circa officii ſui exercitia occupentur: cui occurrere volens Synodus Buſcoducenſis ſub Maſio III. 12. cap. 2. præcipit "ne ſubditi ulli operi ſervili, quòd ſine evidenti periculo diſferri poteſt manum admoveant, uti panno laneo vel lineo lavando aut dealbando, aut tingendo, oves & boves macando aut ſaliendo.

Similiter Synodus P. II. Cameracenſis tit. 4. cap. 2. de dierum feſtorum cultu agens, ait: "Neque etiam permittantur... molitorum, coctorum, cerevitiæ, lanionum, piſtorumque opera, niſi ob notabilem neceſſitatem. "Idiplum interdum penè verbis expreſſum eſt in Synodo Tornacenſi anno 1589. tit. 4. cap. 1.

XII. His conſonat edictum Philippi II. ad citatam Synodum Cameracenſem art. 7. "declatans licitum non eſſe molitoribus, braxatoribus, lanionibus, & piſtoribus ſua officia diebus feſtis exercere, niſi ob notabilem neceſſitatem determinatam per Officialem & Magiſtratum loci, de conſilio Decani Chriſtianitatis, aut in ejus abſentia, Paſtoris loci.

XIII. Olim propoſita fuit Joanni Gerſoni à quodam Monacho donus Carthufiæ hæc quaſtio: Si liceat diebus feſtivis ſcribere devotionis libros gratis.

Huc quaſtioni ut reſpondeat Gerſonius, ſpecialem tractatum compoſuit, quem inſcripſit De laude Scriptorum, primumque inter ejus opera locum occupat; in quo oſtendit per duodecim conſiderationes, tranſcribere libros devotionis gratis nullatenus eſſe opus ſervile; eique laudabiliter diebus feſtivis incumbi poſſe.

XIV. Inter hæc conſiderationes una eſt, quòd hujusmodi librorum exſcriptor prædicet non lingua, ſed manu; coque fructuoſus, quò hæc prædicatio eſt magis permanens, plures inſtruire poteſt. "Certe (ait) ſi inſcriptura venit ad plures uberior, quàm tranſcriptio ſermo.

XV. Deinde conſideratione quarta exponit, quomodo Scriptor talium librorum continuo orate mentemque in Deum elevatam habere queat. "Crediderit (ait) Scriptor noſter & pietate Jugi recogitaverit, toties Deum Sanctoſque Angelos ſecum eſſe, toties Scriptor ſacros ipſum alloqui, toties Chriſtum ſibi blanda quædam oſcula conſolationis dare, quoniam dicta eorum ſalubria conſcribit. Contemplationem itaque lectio, quæ ſcribenda ſit, non impedit, ſed paſcit.

XIV. Quinta conſideratio aſſerit, ſcriptionem librorum eſſe laborioſum exercitium, macerationem quam-